

reddet tibi. Sed et hoc non in clamorosa uoce faciendum est. sed cum intentōne cordis. & compunctiōne lachrymarum. quia hoc modo nos exaudiri a dño credimus dicente psalmista. Exaudiuit dominus uocē fletus mei. & reliqua. Et itē. Sacrificiū deo spiritus contribulatus. cor contritum et humiliatum deus non spernit. Nam assidue et instanter orare. ipsa ueritas nos docuit cum dixit. Petite & dabitur uobis. querite et inuenietis. pulsatē et aperietur uobis. omnis enim qui petit accipit. et qui querit inuenit. & pulsantē aperietur. Et ut exēplo aliquo eandem rem magis suaderet. parabolam de homine in medium. qui amicum suum in conclauē positū de tribus panibus postulauit. et panis. et lapidis. piscis & serpentis. ouis et scorpionis comparationem faciēs. nouissime ita narrationem conclusit. Si ergo uos inquit cū sitis mali. nostris bona dare filiis uestris. quanto magis pater uester de celo dabit spm̄ bonū petētibus se.

DE QUADRIPERTITA SPECIE

ORATIONVM.

Ca. XII.

Rationum ergo speciē. apostolus quadripartita ratione distinxit. ita dicens. Deprecor itaq; primo omnium fieri obsecrationes. orationes. postulationes. gratiarum actiones. que non inaniter ab apostolo ita fuisse diuisa minime dubitandum est. Nō enim credendum est aliquid transitorie ac sine ratione spiritus sanctum per apostolum protulisse. ac ideo primus indagandū est. quid obsecratione. quid orōne. quid postulatione. quid gratiarum actione signetur. deinde perquirendum. utrum hec quattuor species ab unoquoq; orante sint pariter assumendę. an alius quidē obsecrationes. alius orationes. alius uero postulationes. aliusq; gratiarum actiones deo debeat exhibere. Sed mensuram scilicet etatis sue. in qua una quęq; mensuram intentionem proficit. & industriā unumquęq; oportet

intendere. Obsecrationes itaq; sunt. imploratōnes seu
petitiones pro peccatis, qbus uel presentibus uel pre-
teritis admissis suis. unusquisq; compunctus ueniam
deprecat. Orationes sunt. quibus aliquid offerimus
seu uouemus deo. uerbi gratia. Oramus cū renuncian-
tes huic mundo & actibus. atq; cōuersationi mūdane.
spondemus nos tāta intentione cordis dño seruituros.
Oramus. cum promittimus nos purissimam corporis
castitatem. seu immobilem patiētiam exhibituros esse
perpetuo. uel cum de corde nostro radices irę. siue tris-
titię mortē operantis. uouemus nos funditus erueri.
Tercio loco ponunt postulationes. quas pro aliis q; q;
dū sumus in feruore spūs constituti solemus emittere.
uel charis scilicet nostris. uel pro totius mundi pace
poscentes. ut ipsius apostoli uerbis eloquar. cum pro
omnibus hoībus. pro regibus. & pro his qui in subli-
mitate sunt supplicamus. Quarto deīde loco. gratiarū
actiones ponuntur. quas mens uel cum preterita dei
recolit beneficia. uel cum presentia complectit. seu cū
in futurum que et quanta preparauerit deus his qui
diligunt eum prospicit. per ineffabiles excessus domo
refert. Qua intentione nō nunquam preces uberiores
emitti solēt. dum illa que posita sunt in futuro premia.
purissimis oculis intuēdo. gratias cū immenso gaudio
spiritus noster instigatur infundere.

QVOMODO EX HIS SPECIEBUS COM
PVNCTIO NASCATVR. Ca. XIII.

e X his quoq; quattuor speciebus. solēt occas-
siones supplicationum pinguū generari.
Nam & de obsecrationis specie que de com-
punctione nascitur peccatorum. & de orōis